

LIBRI SECUNDI
De vero Christianismo.

CAPUT I.

CHRISTUM JESUM FILIUM DEI
à patre nostro cœlesti datum nobis es-
se in medicinam & fontē salutis, con-
tra letale & perniciosum venenū pec-
cati originalis, omnesq; illius fructus,
& qua animę qua corporis ęrumnas
& afflictiones.

*Ezaiæ 12. Haurietis aquas ingaudio
de fontibus Salvatoris.*

Naturæ nostræ corru-
ptela, peccati que origi-
nalis morbus quia ex se
immanis, mortalis, exi-
stialis, cunctisq; creatu-
ris immedicabilis, adhæc ex diaboli ira,
odio, invidiaq; profectus esset, idcirco
requirebat medicinā illustrem, gene-
rosam & ex divinę misericordię fonti-
bus hauriendam. Deinde quia diabo-
lus omnes malitiæ, artis ac versutiæ
suiæ nervos intendisset, ut gen⁹ nostrū
inficeret, perimeret & condemnaret:
• ea-

*
*Omne
nostrum
præsidium
in Dei
misericordia
constit.*